



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 15. Philippus ex Anglia in Flandriam profectus Cæsarem invisurus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.** macherus Theologiæ Professor, necnon  
**A C. 555** Londinensis quidam aulæorum opifex  
 nomine Joannes Warne pariter Smid-  
 feldiæ combusti fuissent. Eo fato et  
 iam periere die decima Junii Coxhallæ  
 Thomas Haukes Exonienſis Provinciæ  
 Nobilis præter plures alios, inter quos  
 præcipui erant Ridlejus, & Latimerus,  
 quorum primus erat Londinensis Epi-  
 scopus; alter vero sub Henrici VIII.  
 regimine Vigorniensis Antistes, qui  
 ambo Menſe Novembri capitali fenten-  
 tia fuere mulctati.

## §. XV.

*Philippus ex Anglia in Flandriam  
 profectus Cæsarem invisurus.*

**Ant. Vera  
 hist. de  
 Charl. V.  
 p. 283.  
 & 290.**

Die quarta Septembris Philippus ex  
 Anglia discessit, Reginam Conju-  
 gem suam pertæsus, eoquod ei ad con-  
 ciliandum amorem tam juvenilis æta-  
 tis ardor, quam formæ elegantia de-  
 esset, atque aliunde etiam ob sterilita-  
 tem anxias Marito suo curas crearet.  
 Nihilominus itineris sui cauſsam allega-  
 bat regnorum ſollicitudinem, eoquod  
 Sanguinis jure proximus illorum hæres  
 Caroli V. Patris ſui voluntati obsequi  
 teneretur, cum hic eidem imperii ſui  
 administrationem cedere cogitaret. In-  
 ſuper præcavere cogebatur Philippus  
 cunctis tumultibus, qui ex Joannæ  
 Aviæ

**Sæc. XVI.****A.C. 1555.**

Aviæ suæ obitu oriri possent; nam hæc nuperrime quarta Aprilis in urbe Turrefilana in Hispania anno ætatis suæ septuagesimo tertio mortalitatem exuerat: igitur Philippus Bruxellas eodem venit die, quo Cæsar per Nuntium a Joanne Manriquez suo apud Pontificem Legato missum compererat, quod Paulus IV. Papa animum a Domo Austriaca aversum indies luculentius testatum redderet. Hanc ergo notitiam Carolus etiam significabat Philippo Filio suo, qui protinus juvenili suo ardore abreptus ajebat: „si meum consilium „sequi luberet, nil consultius foret, ac „Pontifici palam adversari, atque in „id incumbere, ut Papa expertus sciat, „quanta sit Austriacæ Domus potentia:„ Verum Imperator majori moderatione usus reponebat: lentius incedendum esse, ampliora enim commoda moderationis via, quam intempestiva violencia impetrari. Quapropter Cæsar hanc regulam secutus datis Romam literis suo Legato injunxit, ut suo nomine summum Pontificem veneraretur, ei- que filialis obsequii homagium præstaret. (\*)

O 2

**§. XVI.**

(\*) Ægre hæc, benevole Lector, conciliabis cum iis, quæ Continuator §. VII. abs teste